Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et illuc. et aspiciens et osculabitur
eum. et osculatus puer sep
tem. aperuitque oculos suos.
At ille vocauit puerum et dixit ei.
Vocabitur nomen tuum hac. Que
vocata mulier abiit ad eum.
Qui ait. Tolle filium tuum.
Venit autem illa et corruit ad
pedes eius et adorauit super terram.
sumpsitque filium suum et egressa est.
Helyseus vero transiuit in
galgala. Gre. Respice domine in te
stamentum tuum et ad ras pauperum tuorum
ne obliuiscaris in finem. Y Exurge
domine et iudica causam tuam memor esto
obprobrij seruorum tuorum. S. iohem.
Nolite. Dixit iis turbis iu
daeorum. Pater meus usque modo
operatur. et ego operor. Propter
magis quaerebant eum iudei interfi
cere quia non solum solueba
tur sabbatum. sed et patrem suum dicebat
deum. equalem se faciens deo. Respondit
ergo iesus et dixit eis. Amen amen
dico vobis. non potest filius a se
ipso facere quicquam nisi quod
viderit patrem facientem. Que
cumque enim ille fecerit hec et filius
similiter faciet. Pater enim diligit filium.
et omnia demonstrat ei que ipse
facit. et maiora horum demonstrabit
ei opera ut vos miremini.
Sicut enim pater suscitat mortu
os et viuificat. sic et filius quos
uult viuificat. Neque enim pater
iudicat quemquam. sed omne iu
dicium dedit filio. ut omnes hono
rificent filium sicut honorificant
patrem. Qui non honorificat
filium non honorificat patrem qui
misit illum. Amen amen dico
vobis quia qui verbum meum
audit et credit ei qui me mi
sit habet vitam eternam. Et in iudi
cium non venit sed transit a
morte in vitam. Amen amen
dico vobis. quia venit hora et
nunc est. quando mortui audient
vocem filij dei. et qui audierint
viuent. Sicut enim pater habet vitam in
semetipso. sic dedit et filio vitam
habere in semetipso. Et potestatem de
dit ei et iudicium facere. quia filius
hominis est. Nolite mirari hoc
quia venit hora in qua omnes
qui in monumentis sunt au
dient vocem filij dei. Et procedent
qui bona fecerunt in resurrectionem
vite. qui vero mala egerunt
in resurrectionem iudicij. offer. Oblationes
ad admiranda mysteria consecrandas offerimus domine. secreta.
Purificet nos munerum tuorum
ut celestis tue particeps que tibi grata
sunt pia munera deferentes. fiamus
acceptabiles mentibus gratiosis.
P. Com. Omnes memorabor iustitiae
tue solius dei de iustitia mea. miserere
mihi et usque in senectam et senium
deus ne derelinquas me. Oplind.